



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Die xxvij. Augusti. In Festo Sancti Josephi Calasanctii
Confessoris**

Paderbornae, 1770

Lectio VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62845](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62845)

impetu charitatis, ut præter subsidia ægrotis pauperibus largè collata, ipsa etiam defunctorum cadavera suis humeris tumulanda transferret. Verùm cùm divinitus accepisset, se ad informandos intelligentiæ, ac pietatis spiritu adolescentulos, præcipuè pauperes, destinari, Ordinem Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum fundavit, qui peculiarem curam circa puerorum eruditionem ex proprio Instituto profiterentur: Ipsumque Ordinem Clementi Octavo, Paulo Quinto, aliisque Summis Pontificibus magnopere probatum, brevi tempore per plurimas Europæ Provincias, & Regna mirabiliter propagavit. In hoc autem tot labores perpeffus est, ac tot ærumnas invictò animo toleravit, ut omnium voce miraculum fortitudinis, & Sancti Jobi exemplum diceretur.

R. Amavit eum &c.

Lectio VI.

Quamvis Ordini universo præesset, totisque viribus ad animarum salutem incumberet, nunquam tamen intermisit pueros, præsertim pauperiores, erudire, quorum scholas verrere, eosque domum comitari consuevit. In eo summæ patientiæ, & humilitatis munere, valetudine etiam infirmâ, duos & quinquaginta annos perseveravit,

vit: dignus propterea, quem crebris Deus miraculis coram discipulis illustraret, & cui Beatissima Virgo cum puero Jesu illis orantibus benedicente, appareret. Amplissimis interim dignitatibus repudiatis, prophetiâ, abdita cordium, & absentia cognoscendi donis, & miraculis clarus, Deiparæ Virginis, quam singulari pietate & ipse ab infantiâ coluit, & suis maximè commendavit, aliorumque Cœlitum frequenti apparitione dignatus, cùm obitus sui diem, & Ordinis tunc propè everfi restitutionem, atque incrementum prænuñciasset, secundum & nonagesimum annum agens, Romæ obdormivit in Domino octavo Kalendas Septembris anno millesimo sexcentesimo quadragesimo octavo. Ejus Cor, & Lingua post sæculum integra, & incorrupta reperta sunt. Ipse verò multis post obitum quoque signis à Deo illustratus, primùm à Benedicto decimo quarto Beatorum cultu decoratus fuit, ac deinde à Clemente decimo tertio inter Sanctos solemniter est relatus. *R.* Iste Homo &c.

IN III. NOCTURNO.

Lectio S. Evangelii secundum Matthæum.

Lectio VII.

Cap. 18.

In illo tempore accesserunt Discipuli ad Jesum dicentes: Quis putas, major est in Regno Cœlorum? Et reliqua.

Ho-